



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Cap. VII. De Dimissione è Societate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

reprehensione, & pœnitentia ordinaria corrigere; dummodo, quoad fieri poterit, habeatur consensus Deferentis, & Delato nulla momenti alicujus infamia adhærescat. Ob gravia verò, quæ sic innotuerint, poterit interdum devenire ad dimissionem Delati ex Societate; sic quidem, ut licet adjuvetur hac notitia, non tamen eo modo procedat, ut possit cognosci talis defectus ab aliis, sed aliâ viâ cognititas notitas opponat, vel certè nihil dicat. ¶

qC. 6. D. 33. &  
Or. c. 15. p. 2.

CAPUT VII.

De Dimissione è Societate.

SECTIO I.

*Quinam, & per quos dimitti possint.*

I. **D**upliciter Societas dimittere suos potest; vel concedendo transitum ad aliam Religionem, vel eos absolutè dimittendo; sive hi soluti à Votis remaneant, ut contingit in non Professis, sive non soluti, ut Professis accidit. Primum genus Dimissionis exerceri solet circa Professos:

*Duplex dimissionis species; quarum altera propria Societatis.*

T qui-



quibus etiam licebit transire ad quemcumque Ordinem etiam laxiorem, quem præscripserit Præpositus Generalis, de consensu tamen Superiorum loci illius, quò destinabuntur. *a* De secundo genere Dimissionis potissimum hic agemus: Quod admodum peculiare Societati est; & unum ex substantialibus Instituti. *b*

*a* Greg. XIII.  
p. 209.  
*b* Jul. III. p.  
68. & Con. 5.  
D. 58.

*Quilibet à So-*  
*cietate dimitti*  
*aliquando po-*  
*test.*

2. Ut ad propositum Societati finem divini obsequii, & auxilii animarum convenit conservari, & numero augeri operarios idoneos, ad hoc opus promovendum: ita dimitti eos oportet, qui tales non fuerint inventi. Et quamvis causas, ad Dimissionem dignas, eò graviores esse oportet, quò quis arctius Societatis corpori conjunctus est: quantumlibet tamen quisque sit conjunctus, in quibusdam casibus separari ab ea possit, ac deberet; adeò ut vel ipse Præpositus Generalis ab hac lege non excipiatur. *c* Præterea quò magis ali- cui Societas deberet, quòd de ipsa bene- meritus esset; vel quò pluribus Dei do- nis, ad eandem in divino obsequio ju- vandam, præditus esset; eò majori cum difficultate esset dimittendus: ut è con- trario, cui minus deberet Societas; aut minus ad eandem juvandam esset ido- neus, facilius dimitti posset. *d*

*c* P. 2. c. 1. §.  
1. & A. & c.  
3. A. & P. 9.  
c. 4. §. 7.

*d* P. 2. c. 1. A.

3. Di-



3. Dimittendi facultas in primis ad universam Societatem pertinet; quando in Congregationem Generalem conveniret. Eadem erit penes Præpositum Generalem in omnibus, præterquam si quid ad ipsius personam pertineret. Penes reliquos ex Societate tantum erit hujus facultatis, quantum eis à Capite collatum fuerit: nec Superioribus tantum Provincialibus, sed & aliquibus Localibus tribui poterit. Hæc autem facultas, si amplior, ad conciliandam illis subditorum venerationem, aliquando communicabitur in patentibus literis; nihilominus eadem contrahi (prout convenire videbitur) in secretis poterit.

4. In præfenti verò Provincialibus ea est communicata facultas dimittendi; quæ explicatur in ipsorum Regulis Cap. 5. unde possunt dimittere eos, qui in prima, & secunda Probatione, ante & post emissa Vota, versantur. Qui enim, ante finem biennii, ex devotione sua, & facultate Superiorum, emittunt Vota, obligationem quidem contrahunt ad ea servanda; sed non propterea Religiosi constituuntur; aut ad eos retinendos ulla obligatio resultat in Societate: ut literis encyclicis P.N. 7. Aug. 1683. declaratum est. Limitatur

*Quinam dimittere possint jure ordinario, aut delegato.*

e P. 2. c. 1. §. 2.  
& B. & P. 9.  
c. 1. §. 1. &  
Greg. XIV. p.  
284. & Or. c.  
12. §. 1.

*Quatenus id Provincialibus concessum sit.*





tamen prædicta facultas, Provincialibus communicata, respectu Novitiorum; qui à Præposito Generali in Provinciam destinati, vel de Societate ipsa peculiari modo benè meriti essent. Hos enim, & Scholasticos approbatos, Coadjutoresque non formatos nequeunt dimittere: nisi causæ sint admodum urgentes, & graves; & ejusmodi, ut sine gravi periculo Generalis responsum expectari nequeat: quem tamen Provinciales certiore statim facient, Dimissione peracta. Coadjutores formati, sive spirituales, sive temporales dimitti non debent, nisi approbante Generali. Qui tamen poterit hujusmodi facultatem Provinciali communicare in remotissimis locis; vel propter causas magni momenti alicui; cui tanquam sibi ipsi fideret. At erga Professos eadem facultas non est communicanda inferioribus Præpositis; sed in solo Generali debet sistere. f

f P. 2. C. 1. §. 2.  
& B. & C. & R.  
Prov. 40. 41.  
42. 43. & Or.  
C. 12.

## S E C T I O II.

### De causis Dimissionis.

De quibus hic  
agendum sit.

1. **N**on hic agimus de causis Novitios, sive Professos dimittendi: nam ut respectu illorum longè leviores ita com-  
pa



paratione istorum longè graviores requiruntur, quàm quæ hic exponuntur sufficientes ad dimittendos è Societate, qui Votis simplicibus, licèt substantialibus Religionis, obstricti sunt. Igitur causæ Dimissionis in Societate debent esse rationabiles, atque justissimæ: g harum autem aliæ sunt culpabiles Dimittendo, aliæ non: Igitur initio ducto ab illis;

2. Si aliquis damnum allaturus malovitz exemplo judicaretur; ac præcipuè si inquietum se ostenderet; & verbis, aut actibus offendiculum aliis præberet; vel inducendo eos ad malum; vel ad discordiam: vel si quid contra Superiores, vel commune Societatis bonum moliretur: hoc enim tolerare caritatis non esset, sed vitii contrarii, in eo quidem, qui tenetur conservare quietem, & bonum statum Societatis sibi commissæ. b Quando autem, non tam propter rationem, vel magnitudinem peccati, quàm ob removendum offendiculum, quod aliis præbuit, dimitti aliquem necesse esset: si alioqui aptus esset, expendet prudentia Superioris, an expediat facultatem ei dare, ut ad locum alium Societatis valdè remotum; ex eadem non egrediendo, proficiscatur. i

3. Cùm licet aliqua peccata offendiculum

T 3

g Greg. XIII.  
p. 217. & Ex.  
c. 6. A. & P. 2.  
c. 2.

*Inter causas culpabiles prima est scandalo Sociis esse.*

b P. 2. c. 2. §. 3. & D. & P. 8. c. 1. §. 5. & F. & C. 5. D. 54 & Paul. V. p. 305. & c.

i P. 2. c. 2. D.

2. Gravia, licet non publica peccata.



lum non præberent, utpote non manifesta; tamen in Domino judicaretur contra ipsius honorem, & gloriam fore: ut qui ea admisit, maneret in Societate: cum videatur in quibusdam pravis affectibus, aut vitiis, quæ Divinam offendunt Majestatem, corrigi non posse; quæ eò minus tollerari deberent, quò graviora essent, & plus culpe haberent.

*1 P. 2. c. 2. §. 2.  
& P. 10. §. 7.  
3. Contumacia,  
& pertinax ab-  
eundi voluntas.  
m P. 2. c. 2. §.  
4. & C. 7. D.  
22. & C. 12. D.  
12 & Or. c. 12.  
§. 6.*

*Inter causas  
non culpabiles  
prima, Depre-  
hensa impedi-  
menta prius  
suppressa.*

*n P. 2. c. 2. §.  
3. & 5. & Ex.  
c. 2. & 3. &  
P. 1. c. 3.*

*2. Infirmitas  
virium.*

4. Quando qui ad Probationem admisus fuit, se componere ad vitam sub Obedientia, & juxta modum procedendi Societatis non posset, aut vellet; & cum ipse etiam importunè dimissionem petit.

5. Cause autem ex se non culpabiles sunt. 1. Aliqua impedimenta, vel insignes defectus deprehensi, quos antea in examine reticuisset: Et quidem si impedimenta sint essentialia, certum est retineri non posse. Si verò aliquod ex secundariis, aut etiam in aliqua re aliâ, dum examinaretur, veritatem suppressisset, justè dimitti potest.

6. Secunda; Si experimento comperiretur, valdè inutilem fore aliquem, propter ejus insignem ad quævis munera ineptitudinem; qualis potest esse ægritudo aliqua, aut debilitas inapar laboribus, quos noster procedendi modus requirit. Est au-

tem



tem in eâ distinguendum: nam si ægritudo contracta est in obsequio Societatis, postquam emisit Vota, biennio exacto; is dimitti non potest, nisi ipse contentus esset: secus autem, si tempore Novitiatus, propter ordinarios labores, morbum contraxisset. Si autem infirmitatem contraxerat ante ingressum; vel dispositionem ad eam attulerat, dimitti poterit; difficilius tamen, si admittus est, nulla conditione experiundi, sed spe concepta, quod ad majora aptus esset futurus, quàm experimento comperiatur.

7. Tertia si ineptitudo contingeret non ex debilitate corporis, sed ingenii: ita ut non posset iliteris progredi; & ad alia ministeria inotus videretur: & tunc sicut ante Vota debet, ita post Vota in rigore dimitti potest; quia adhuc in probatione est ad superiores Gradus; eò magis, si illa inutilitas esset cum aliqua culpa voluntatis conjuncta: ex æquitate tamen, si nulla sit culpa, consulta ut prius Generalis.

8. Quævis harum causarum satis esse videtur, ut Deo gratus fore judicemus honestè dimitti eum, in quo locum habuerint; quàm imprudentem in eo retinendo caritatem exercere: cum universale Societatis bonum haud dubiè uno particulari alicujus præferri debeat.

P. 2. C. 2. §. 4. & B. & Ex. C. 7. §. 2. & C. 5. D. 50. §. 3.

3. Ingenii debilitas.

P. 2. C. 2. §. 3. & 4. & C. & Ex C. 7. §. 2. & P. 4. C. 6. N. & C. 5. D. 50.

Convenientia harum causarum.

P. 2. C. 2. §. 3. & 5.



*Examinanda  
discreto zelo.*

9. Quatenus autem defectus aliqui, qui contra Divinum honorem, & Societatis bonum esse dicuntur, debeant tolerari, cum id ex multis circumstantiis particularibus personarum, temporum, & locorum pendeat; discreto zelo eorum, quibus ea cura commissa est, relinqui est necessarium: qui propterea multa præmittere debent, antequam super hoc negotio sententiam ferant, ut jam videbimus. \*

\* P. 2. c. 2. A.  
B. & D.

### SECTIO III

#### *Dimissioni præmittenda.*

*Ordo, & gravi-  
tas dicendorum.*

1. **U**T igitur in re tanti momenti nihil caritatis, & prudentæ prætermittatur; plura statuta sunt, simpliciter hic dividenda, ut primò collocetur, quæ ante Dimissionem præstanda, tunc quæ in Dimissione, demum post Dimissionem. Et quidem Superiores graviter admonentur, nisi diligenter observent, quæ in Ordinatione P. Claudii hæc super re edita, præscribuntur; fore ut, neque conscientia ipsi suæ, officioque, nec Constitutionibus satisfaciant. \*

\* Or. c. 11. §. 1.

*Non omnia ta-  
men cum singu-  
lis servanda.*

2. Tria tamen præmittenda. 1. Ple-  
raque ex dicentis pertinent ad eos, qui  
palam,



palam, & propter causas manifestas dimit-  
tuntur. 2. Eadem servanda sunt plus mi-  
nùs-ve, proportione habita Graduum So-  
cietatis, ita ut minimè omnium Profes-  
sos tangant. 3. Si aliqui propter causas oc-  
cultas dimittendi sunt; satis erit, si Præ-  
positus hac facultate præditus, re Domino  
commendata, & si judicaverit expedire,  
unius, aut plurium auditâ sententiâ statuat,  
& exequatur, quod factò opus sit. †

† P. 2. c. 3. A.

3. Provincialis, cùm de aliquo dimit-  
tendo suggeritur, præmissa oratione ex-  
ploret, an ea, quæ illi objiciuntur, vera  
sint; & si vera, an tanti momenti, ut de  
dimissione agi debeat: præterea utrùm  
Superiores erga hujusmodi hominem de-  
bita caritate perfuncti, illum commone-  
fecerint. remedia pœnitentiarum, & præ-  
sertim Exercitiorum spiritualium appli-  
cando, & quidem non perfunctoria cura-  
tione. †

Provincialis ex-  
pendat circum-  
stantias omnes.

† P. 2. c. 2. A.  
& C. & c. 3. §.  
2. & Or. c. 12.  
§. 2. 3.

4. Peracta informatione, auditaque  
sententia Superioris illius Domus, in qua  
commissum est delictum, aut unde prodiit  
accusatio, exquirat judicium Consulto-  
rum suorum, aut ejus loci, ubi tunc erit;  
eorumque, qui ipsi videbuntur; tum in-  
formationem mittet ad Generalem; in  
qua, ubi expresserit conditionem, æta-  
tem,

Consulat suos,  
& scribat ad  
Generalem.



\* P. 2. c. 2. A. tem, munia ejus, de quo agitur, tum quid  
& C. & c. 3. §. peccaverit, quæ remedia adhibita, an om-  
3. & A. & R. nia ritè peracta, quæ præscribuntur; sub-  
Prov. 41. & dat demum, quid ipse, Consultoresque  
Or. c. 12. §. 4. ipsius faciendum censeant. \*

*Generalis sen-  
tentiam feret.* 5. Generalis verò, re Domino com-  
mendata, & cum Assistentibus communi-  
nicata, omnem exuendo affectum, &  
majore Dei gloria præ oculis constituta, &  
communis boni, tum etiam (quoad ejus  
fieri poterit) particularis ratione habita,  
7 P. 2. c. 3. §. 4. expendat hinc inde causas; & statuat, an  
& Or. c. 12. §. 8. dimittere debeat, nec ne. 7

*Non disceden-  
dum ab hac for-  
ma.* 6. Is igitur modus servandus est, qua-  
lem Constitutiones præscribunt, & praxis  
hactenus confirmavit; nec forma judicia-  
ria necessario adhibenda. 2

2 Greg. XIII. 7. Ceterum, licet passim non expediat  
p. 282. & R. Dimissioni præmittere poenas delicti; cum  
Prov. 44. & C. dimitti Nostri debeant, quantum fieri po-  
5. D. 31. test sine dedecore, vel ignominia; si ta-  
*Aliquando  
premittenda  
pena.* men defectus sint cum scandalo conjun-  
cti; & qui poena aliqua puniri debeant;  
8 P. 2. c. 3. §. non ante ad Dimissionem veniatur, quam  
6. 7. pro meritis fuerint castigati, etiam inclu-  
sione ad tempus, ubi usus, & consuetudo  
id obtinuit. b

b Or. c. 12. §. 8. Rursus non convenit laxari habenas  
5. & C. 7. D. erga eos, qui ex sua ipsi tentatione dimitti  
22. §. 6. *Quid cum pe-  
tentibus sine  
causa.* pe-



petunt, & ne tum quidem, cum, habita ratione personæ, utile Societati videretur, ab ea liberari: quia si persuasio hæc vulgaretur, perniciofa multis evaderet, reputantibus januam ad elabendum post delictum statim patere. Sed vitari simul alterum extremum necesse est, opinantium hujusmodi homines semper retinendos, quia ubi ad certum Gradum pervenerunt, rarò apti sunt ad Societatem.

9. Ad mediam autem viam ineundam, & præcavendam importunam aliquorum de Dimissione postulationem, statutum est; eam petentes, nulla iusta apparente causa (si alioqui idonei ad Societatem judicantur) si Superiorum mōitis non acquiescant, teneri Provinciali suo causas omnes, quas Dimissioni obtendunt, cum propriæ manus subscriptione, proponere; affirmareque nullam aliam sibi superesse rogatæ dimissionis causam. Provincialis verò hæc causas expensas cum suis Consultoribus, transmittet ad Generalem, adnotato suo, & Consultorum iudicio: & si illæ P. Nostro insufficientes visæ fuerint, sub Obedientiæ præcepto, perpetuum illis silentium indicat: eosque, si non obtemporent, pro delicti gravitate severè puniat, & publicè etiam, si culpa ad alios pro-

Or. c. 12. §. 6.

*Compefcendi  
importuni Di-  
missionis postu-  
latores.*



promanavit. Sciantque tales se minimè in conscientia tutos; sed mortali culpæ subjacere, quamdiu in illa animi obstinatione manent.

*Præceptum, & excommunicatio in petentes opem ab Externis.*

10. Imponitur præterea præceptum, & pœna excommunicationis latæ sententiæ, Provinciali reservatæ, tum in illos, qui inconsulto Provinciali, Externos de Dimissione sua in consilium adhibent: tum in illos, qui, quocumque modo, Externorum auxilio, vel intercessione, ad Dimissionem à Superioribus obtinendam, utuntur. Præcepti verò hujus transgressores præter alias pœnas, arbitrio Provincialis imponendas, longè difficiliorem sibi facturos Dimissionem sciant.

*Obligandi ad aliam Religionem ingrediendam.*

11. Illis etiam, qui sola importunitate Dimissionem extorquent, non concedenda, nisi cum obligatione aliam Religionem intrandi; in qua regularis observantia vigeat: eaque obligatio patentibus literis inferenda: ac rarissime talium quispian, liber ab omni Votorum obligatione, ad seculum remittendus.

*Dimissio irrita obtendentium falsas causas.*

12. At qui causis non veris, fraude, ac dolo, Dimissionem è Societate obtinuerunt; aut ex causis quidem veris, gravibusque delictis, sed ea intentione perpetratis, quò faciliùs dimitterentur, nullo modo



modo sunt in conscientia tuti : cum hujusmodi facultas in conscientia foro sit irrita : in quo etiam subjacent omnibus Apostatarum censuris. Et si hoc in exteriori foro constiterit ; Superiores possunt contra eos agere , tanquam contra veros Apostatas.

13. Qui ad Dimissionem obtinendam secretas obtinent causas ; quibus se ineptos ad religiosam disciplinam , Votorumque observationem contendunt ; tenentur eas alicui Patri aperire : qui super illis sententiam suam ad Generalem perscribat. Quod si quis renuat , cum P. Noster judicaverit , causas aperire , careat omni spe Dimissionis obtinendæ. *d*

*Neganda subterfugibus eius petenda causas.*

*d C. 7. D. 22. & C. 12. D. 12.*

**S E C T I O I V.**

*Servanda in Dimissione , & post ipsam.*

1. **D**Um autem de alicujus Dimissione agitur , severè Superioribus est interdictum , ne eum interea temporis ullo modo exponant in publicis ministeriis ; sed domi potius illum contineant ; habeatur que in Dimissione ratio ædificationis. In cujus gratiam , si Dimittendi prius ablegandi

*Proximè dimittendis invigilandum.*



e R. PROV. 117.  
 & OR. C. 12. §.  
 9. 10.

*Caritas erga  
 eosdem, dum di-  
 mittuntur.*

f P. 2. c. 3. §. 5.  
 6. 7. & B & C.  
 4. §. 3. & R.  
 PROV. 44. 45.

*Quid prestan-  
 dum cum Do-  
 mesticis, & Ex-  
 ternis.*

gandi sint in aliam Provinciam, Provinciales præmittant, vel minimè differant Instructionem ad Superiores ejus loci; ut ex ea judicent quid cum illis agendum sit. e

2. Curandum præterea, ut Dimissus recedat sine dedecore, & quantum fieri potest, servata benevolentia: juveturque consilio, oratione, & alia etiam ope, si Caritas poscat. Declareturque illi, quod liber maneat à Votis simplicibus; si ea juxta formulam Societatis emisit. Quæ ipsius esse constat, reddenda sunt: de iis verò, quæ aut expenderit, aut donaverit Societati, dispiciat Superior, habita ratione tum æquitatis, tum ædificationis, num illi aliquid amplius, quàm quod invenitur, de rebus ipsius dari debeat, nec-ne: consideret etiam diligenter, an scripta secum asportare debeat. f

3. Ut satisfiat etiam aliis Domesticis, & Externis, tria observanda sunt: 1. ne quid perturbationis in alicujus animo propter dimissionem maneat, ratione reddita quantum satis erit, & plus minus-ve carus fuerit, qui dimittitur; abstinendum tamen à defectibus non publicis declarandis. 2. Ne malè affectus quispiam maneat erga Dimissum; nec de eo malè sentiat; sed

po-



potius omnes eum diligant, ac Deo commendent. 3. Detur opera, ut ejus exemplo juventur, si qui minori eum ædificatione, quàm par esset, domi versantur; ne sibi tantundem accidat: & Externi itidem, quibus id innotuerit, ædificationem accipiant, quod domi non toleretur id, quod tolerari ad Dei gloriam non debet. g

4. At cum contingere possit, ut causæ Dimissionis occulte sint; non debent Consultores credere, multoque minus accusare, quasi (eò quòd Superior rem cum ipsis non communicarit) temerè, & sine causâ gesta sit: sed potius modestè interrogare Superiorem, quid causæ vel Nostris, vel Externis sciscitantibus reddi queat. h

5. De Dimissis declaratum est, conformiter ad jam indicata de caritate, qua illos complecti decet; per Societatem nullo modo stare, quo minus ab ipsa Dimissi post Vota simplicia, ad Officia, & Beneficia quæcumque admittantur. Nec excludendi à nostris Universitatibus, quando grave scandalum non timetur. Non tenetur tamen Societas alere dimissos Sacerdotes, qui & Titulò carent, & Patrimonio, ut perpetua praxis, & validæ

g P. 1. c. 3. §. 8. 9. 10. & C.

*Non damnandi Superiores cum causis revertent.*

h P. 2. c. 3. A. & Or. c. 12. §. 7.

*Caritas erga jam Dimissos.*

i P. 2. c. 3. §. 5. 6. 7. & C. 9. D. 30. l C. 1. D. 119.

ra-



*m. C. 2. D. 77.*

*& C. 7 D. 3. m*

*Quid servan-  
dum cum iif-  
dem ad Societa-  
tem redire vo-  
lentibus.*

*n R. Prov. 46.*

*o P. 2. C. 4. §.  
1. & 7.*

*p P. 2. C. 4. §. 8.*

*& C. 8. D. 58.*

*& R. Prov. 46.*

*& Or. c. 1. §. 2.*

*q C. 8. D. 58.*

rationes Pontificibus probatæ confirmant.

6. Si quis verò ex Dimissis redire ad Societatem velit; cautè procedendum est: cum constet hujusmodi homines rarò idoneos ad Instituti nostri disciplinam inveniri. *n* Et 1. non admittat, nisi qui dimissit, aut Præpositus Generalis suum præstiterit assensum: quem non dabit, si adhuc manent eadem rationes, propter quas fuit dimissus. *o* 2. Post reditum denuò examinari debet & generalem Confessionem facere, & aliis Probationibus, & Experimentis exerceri; in quibus tamen Provincialis dispensare poterit: sed non nisi post biennium ad Vota admittendus est. *p* At si contingeret quempiam sine culpa, aut ulla penitus causa è Societate expulsus esse, ita ut invalida sit Dimissio; is in pristinum statum, sine Novitiatu, restitui debet. *q*

## S E C T I O V.

### De Egressis sua sponte.

*Quinam redu-  
cendi ex sponte  
abestibus.*

1. **A**D eos reducendos, qui sine licentia recedent, si prius parum idonei ad Societatem habebantur, nulla diligentia opus erit, sed potius dirigantur ad ali-



aliud Institutum, ibi Deo servire possint, relaxato illis Voto. r Si verò hujusmodi P. 2. C. 4. §. 4. essent, ut Deo gratum fore videretur, eos non sic relinquere; quod idonei essent ad Societatem; præcipuè si ex aliqua vehementi tentatione, aut ab aliis decepti, egressi viderentur; adhiberi diligentia posset ad eos reducendos.

2. Quod si aliam Religionem ingressi, & ejusdem habitu induti fuissent; nec litigandum videtur Societati, nec procurandum, ut eos reducat. Nam in aliis uti poterit Societas facultatibus sibi à Paulo III. aliisque concessis: quandoquidem aliam Religionem ingrediendo, non ideo de jure deserunt esse de Societate nostra: licet sola post biennium simplicia Vota emiserint: quare ab ea recedentes Apostatarum poenas, non secus ac Professi, incurrunt.

3. Si verò hi, qui injussi discedunt, immo & alii, qui dimittuntur, se conferrent ad alium Societatis locum: videntur nobis in Domino admittendi non esse; nisi qui loco præest, unde discesserunt, vel Præpositus Generalis admonitus suum assensum præstiterit; aut fortè consultius judicaretur eos, tanquam hospites recipere, donec responsum à Superiore, ad quem spectat, referetur.

V

4. Ad-

*Quid si aliam Religionem ingressi fuerint.*

s P. 2. C. 4. §. 5. & B. & C. 1. D. 24 & Paul. III. p. 41. & Pius V. pag. 100. & Greg. XIII. p. 217. & 229. & 237.

*Sponse redeuntes à quo recipiendi.*

s P. 2. C. 4. §. 1. & A. & R. Præp. 81. & Rect. 79.



*Quae satisfactio  
ab iisdem exi-  
genda.*

“ P. 2. C. 4. §. 6.  
& 8. & D. &  
R. Prov. 46. &  
Or. C. 1. §. 2.

*Quid cum va-  
gis, & profugis.*

“ C. 7. D. 4.

“ C. 9. D. 27.

4. Admitti autem in Collegium, seu Domum, ex qua discesserant, non debent, nisi parati sint ad quamvis satisfactionem, & probationem. Si verò, & idonei ad Deo in Societate serviendum judicentur; & de eorum verâ pœnitentiâ non liqueret; ad experimentum constantiæ, & levitatis præteritæ satisfactionem, in aliquo Xenodochio constitui possent. Quandocumque autem admittentur, denuò examinentur, & probentur, prout Provinciali videbitur: Quod si Vota emiserant, eadem cum aliis renovare poterunt. Sed advertatur hujusmodi homines rarò idoneos ad Institutum nostri disciplinam inveniri. “

5. De profugis ad Generalem sine pœnitentibus literis Superiorum suorum, aut similiter per Collegia vagantibus gravis pœna sumenda est; neque audiendi à P. Nostro, sed remittendi in Provincias suas. x At fugitivi Societatis ipso facto sunt excommunicati. y

